

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Franfurti ad Moenum; Franfurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0043

LOG Titel: Cap. II. De processu faciendo capto bannito tam de plano, quam in tortura.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

vbi de communi testatur, vt ex eo etiam testatur
 473 Hypo. Bonacoss. vbi supra. & ira † multo minus libe-
 ratur propter suspicionem ortā ante accusationē,
 vel inquisitionem, secundum D. Hiero. Gabriel.
 d. numero 20. Nec Marfil. vbi supra, nec qui eum sim-
 pliciter sequuntur, iura, & rationes adducunt, quæ
 ad rem faciant respectu solius inquisitionis, vel ac-
 cusacionis: rationes enim per eos adductæ solum
 militant respectu condemnationis, ob quam reus
 474 in iudicio, sistere non potest, vt meritò † fideiussor
 ob impossibilitatem representationis excusatetur, vt
 habetur in d. l. si decesserit. & in d. l. sed & si quis. quæ
 475 iura † licet loqui videantur de eo, qui sistendus est
 coram alio iudice, non coram eo, apud quem reus
 fit, ideoque fideiussor non excusatetur propter so-
 lam accusationē, vt ibi: quoniam sic potest coram
 ipso tute comparere, vt considerat D. Hiero. Ga-
 briel d. consil. 181. nume. 20. nec ita iura hæc obstare vi-
 dentur. Marfil. & sequacibus. contraria tamen opi-
 476 nio † supra relata procedit, etiam si penes eundem
 Iudicem reus sit homicidij, prout ita loquuntur,
 & sentiunt supra relati Doct. hanc opinionem te-
 nentes, & fatetur etiam ibidem D. Hiero. Gabriel.
 d. consil. 181. d. nu. 20. licet ipse sibi subdat, quod hæc op-
 pinio tamquam nimis rigorosa sequenda non es-
 set; vel certa esset intelligenda, † quando accusatus
 quidem est reus, sed tamen de homicidio per eum
 commisso non constat, quod si de homicidio cō-
 stet, nimis absurdum, & inhumanum reputat, co-
 gere fideiussores ad pœnam, si eum non repræsen-
 tent, qui ad mortem certissimam proficeretur,
 & hoc casu putat D. Hiero. Gabriel. verius esse, so-
 lam accusationem, vel inquisitionem excusare, se-
 cundum Marfil. & alios, qui eum sequuntur. Sed
 * tamen Doct. magis communiter hoc absurdum
 non considerant, dum tradunt communiter cau-
 477 telam † pro Curia & Fisco, ne reum ante condem-
 * nant, quam fideiussorem requirant, vt reum re-
 præsentet, ne si prius reum condemnarent, fidei-
 ussor excusatetur, vt admonendo hanc tradit caute-
 lam Alber. in tract. statut. quæst. 65. quem refert, &
 sequitur Marf. in d. rubr. de fideiussor. n. 143. & n. 150. D.
 Raynald. dict. consilio 164. numero 2. & Moron. consil.
 166. numero secundo, tom. i. consil. crimin. & Iul. Clar.
 d. quæst. 46. versiculo quero pone. & Bertazol. dicto con-
 silio 500. numero octauo, & sequen. libro secundo, & de
 sola condemnatione excusante dicunt, nullam sic
 habentes rationem pendentia processus pro ho-
 micidio post præstitam fideiussionem commisso,
 cuius rationem minimè habendam esse vltra præ-
 citatos Docto. in d. locis dicit etiam Hercula. dicto
 capite 23. de cautio. de non offendendo. dicto numero vige-
 478 simo quinto, & † D. Hiero. Gabriel. dicto consilio
 centesimo octuage simo primo, alternatiuè loquens de
 condemnatione, vel banno, potest, & debet in-
 telligi, ne prædicta ei obstant, vt loquatur de ban-
 no, quod transit in condemnationem, nec ali-
 quam expectat post se sententiam; quod dicitur
 diffinitiuæ, vel vim diffinitiuæ habens, vel ban-
 num dixit pro ipsa sententia diffinitiuæ se-
 cundum communem usum lo-
 quendi, vt supra dixi-
 mus.

C A P. II.

A R G V M E N T V M.

De processu faciendo capto bannito tam
 de plano, quam in tortura.

S V M M A R I A.

- 1 Processus nouis fit contra bannitum captum, scilicet super recognitione persona illius.
- 2 Sententia contra bannitum captum non ante exequitur, quam facta fuerit recognitio persona illius.
- 3 Recognitio persona banniti ante sententiæ executio-
nem an necessaria sit, vel ad cautelam fiat.
- 4 Recognitio persona delinquentis necessaria est, si in fortiam venerit Curia, quando tempore inquisitio-
nis formata nomen ignorabatur delinquentis.
- 5 Praiudicium maius infertur in executione, quam in condemnatione.
- 6 Recognitio persona delinquentis necessaria est, quan-
do in inquisitionis libello erratum fuisset in cognome seu in patria.
- 7 Sententia in facti contingentia executæ fuit Bononiae
 contra bannitum, quamvis erratum fuisset in in-
 quisitione in patria, quia constabat eum esse, qui
 fuerat pro maleficio citatus.
- 8 Delinquentes admonentur, ne confident, quod in in-
 quisitione erratum sit in cognomine, seu in pa-
 tria.
- 9 Indices boni capto bannito faciunt, hunc se recognos-
 cere esse illum, qui banno descriptus est. & num-
 ero 12.
- 10 Recognitio persona banniti necessaria est, quando in
 eodem loco plures sunt eiusdem in nominis, & co-
 gnominis, & quando qualitates banniti capti non
 concordant cum qualitatibus banni.
 Bannum an sit nullum, quando eiusdem nominis, &
 cognominis, cuius est nominatus in inquisitione,
 plures sunt. propter pluralitatem. ibid.
- 11 Executio sententiæ fieri potest contra bannitum ca-
 ptum, quamvis plures sint in eodem loco nominis &
 cognominis, cuius est bannitus, si constat de cor-
 pore.
- 12 Practica recognitionis persona banniti indistinctè fit
 & obseruatur.
- 13 Incertitudo si sit in persona banniti, quia eiusdem no-
 minis, & cognominis reperiuntur, unus dolis ca-
 pax, alter vero non, de dolo capace intelligi de-
 bet.
- 14 Recognitio persona banniti quomodo, & quot modis
 fiat.
- 15 Recognitio persona banniti quomodo, & sub qua for-
 ma fiat per propriam confessionem ipsius banniti
 & num. seq.
- 16 Sententia legitur ipsi bannito, & quomodo super ea
 interrogetur pro recognitione persona sua.
 Quem esse bannitum probatur per libros, in quibus
 banniti describi solent. ibid.
- 17 Bannitus quomodo respondere debat super sententia
 sibi lecta pro habenda recognitione persona eius.
- 18 Index pro recognitione persona banniti declarare de-
 bet, talem personam captam eam esse, quæ in sen-
 tentia, & banno descripta reperitur, & quando
 & quomodo talem faciat declarationem.

De Execut.Sent.Capto Ban.Cap.I.

59

- 21 Recognitio personae banniti per suam propriam confessionem an sit sufficiens.
- 22 Practica seu consilium compellendi bannitum captum ad declarandum, quod est illud corpus, de quo in sententia. & nu. 24. & 26.
- 23 Iudex quid facere debeat, si à bannito confessionem extorquere non potest, se esse illud corpus, de quo in sententia.
- 25 Bannum, & condemnatio in contumaciam non pabant bannitum delictum commisso.
- 27 Ang. in §. si Stichum. reprehenditur.
- 28 Iudex quid agere debeat, vt de corpore constet, quando plures sunt eiusdem nominis, & cognominis, aut in cognomine esset erratum, vel in patria.
- Citationis executio declarat de quo inquisitio intelligit, quando plures sunt eiusdem cognominis, & nominis, aut erratum esset in cognomine, vel in patria. ibid.
- 29 Citatio nō est invalida ratione incertitudinis, si constet de corpore.
- 30 Iudex an possit interpretari, quod in inquisitione de tali senserit, si plures essent eiusdem nominis, & cognominis.
- 31 Iudex latasententia nullam potest facere interpretationem.
- 32 Iudex an compellere possit bannitum captum per torturam, vt constitatur, se esse personam in banno descriptam.
- 33 Interrogationes à iudice facienda bannito post interrogacionem de illius nomine, cognomine, & patria.
- 34 Recognitio personae banniti testibus fieri potest.
- 35 Testes in faciem banniti pro illius recognitione interrogari possunt, & de quibus.
- 36 Bannitus, vt à testibus recognoscatur, eis exhiberi debet.
- 37 Persona banniti testibus ad recognoscendum exhiberi debet cum indumentis, & habitu consueto.
- 38 Facies hominis est, qua principaliter hominem ostendit.
- 39 Persona banniti exhibitio testibus facienda ad recognoscendum, qua cautela fieri debeat, ne detur materia fabricandi falsum.
- 40 Testes quomodo deponere debeant, vt probent identitatem personae banniti.
- Identitas personae probatur per nomen, & cognomen illius. ibid.
- 41 Instrumentum de falso non redarguitur, licet duo testes eiusdem nominis, & cognominis, cuius sunt testes instrumentorum, deponant, non interfuisse; nisi constet, quod sint illimet, qui sunt in instrumento descripti.
- 42 Identitas personae non probatur per expressionem nominis proprii, nisi probetur, quod sit illamet, de qua contenditur.
- 43 Bannitus, qui post capturam linguam sibi amputauit, quomodo sit examinandus super recognitionis eius personae.
- Et quid si aliter sit surdus, & mutus ex accidenti. ibid.
- Et quid etiam si à natura esset surdus, & mutus ibid.
- 44 Surdus, & mutus quomodo super delicto examinari debeat.
- 45 Confessio muti per scripturam manu propria valet, & nocet etiam in criminalibus.
- 46 Surdus & mutus per signa interrogatur, & per si-
- gnare respondere debent in causa criminali, sicut si principali interrogaretur.
- 47 Item si etiam uti testi examinaretur.
- 48 Surdus & mutus, qui integrum habet intellectum, reputatur in iure ad omnes actus exercendos.
- 49 Surdus & mutus delinquens punitur pena etiam ordinaria.
- 50 Practica examinandi surdum, & mutum.
- 51 Confessio surdi & muti per signa extorta satiū non est ad condemnandum.
- 52 Bannitus, qui esset Theutonicus, vel alterius regionis, & linguam nostram non intelligeret, adhibitis interpretibus examinari debet.
- 53 Notarius, si linguam banniti Theutonici intelligit, satis est sine interprete pro eo examinando.
- 54 Sed index non sufficit sine interprete, licet ipse linguam banniti intelligeret.
- 55 Practica scribendi examen banniti Theutonici adhibitis interpretibus.
- 56 Interpretis, qui in examine adhibentur, iurare debet de fideliter interpretando.
- 57 Banniti capti examinantur super sociis, receptatoribus, & alii delictis, non autem super crimine.
- 58 Quomodo Iudex facta recognitione personae banniti procedere debeat ad alias interrogaciones, ne praetudicum faciat sententia, & rei iudicata.
- Protestatio, quam Iudex facere debet antequam facta recognitione ad alias interrogaciones procedat, qualis esse debeat. ibid.
- 59 Protestatio, quam Iudex facere debet antequam contra bannitum captum ad torturam deueniat.
- 60 Bannitus, si torquetur, & in negativa persistat, est absoluendus, si premissa non fuerit protestatio de ipsum non torquendo super delicto, sed super complicibus, & receptatoribus. & num. 66.
- 61 Tortura an proficiat bannito in negativa persistenti, quoties contra eum plene esset probatum. & nu. 63.
- 62 Ceph cons. crim. 32. reprehenditur.
- 63 Gram. error in decis. 8. à Regin. iun. sed male, notatus, vt post num. 65.
- 64 Bald. quomodo loquatur in c. ad nostram de probat.
- 65 Paris de Put. quomodo debeat intelligi.
- 67 Iudex fatuus est, qui torquet reum, contra quem plene probatum est.
- 68 Tortura moderata dando est reo pro habendis sociis, & complicibus.
- 69 Iudices torquentes bannitos super complicibus, vt sic extorqueant confessionem super delicto, malitiosi dicuntur.
- 70 Bannitus, qui torquetur super complicibus, super delicto interrogari non debet, & quare.
- 71 Protestationi dicitur renunciari per contrarium actum & factum.
- 72 Sententia presumptio per torturam tollitur banniti super delicto, de quo est condemnatus.
- 73 Quod presertim procedit, quando indicia erant dubia, vel in casibus, in quibus non licuit illum de complicibus interrogare.
- 74 Interrogari reus non debet de complicibus, nisi de illis sit aliqua presumptio.
- 75 Etiam si essemus in casibus exceptis.
- 76 Interrogationes, qua sunt in tortura, extense scribi debent, non autem sub illis verbis, & ad opportunitatem. D. interrogationem respondit. & quare.

- 77 Iudici non creditur, quid in interrogatione facta reo comprehendenterit.
- 78 Interrogatio quid comprehendenterit, si ignoramus, id ex responsione declaratur.
- 79 Responsio dicitur esse conformis interrogacioni, & talis sequuta dicitur, qualis interrogatio praecepsit.
- 80 Et quidem cum omnibus qualitatibus in interrogatione contentis.
- 81 Iudices reprehenduntur, qui eorum imperitiæ malitiam quoque adiungunt contra reos.
- 82 Suggestio evitanda est in examinandis reis.
- 83 Interrogandi sunt rei generaliter de complicibus neminem nominando ad evitandam suggestionem.
- 84 Suggestio evitanda est, etiam quando bannitus interrogatur de aliis criminibus, de quibus non constat. & seq.
- 86 Forma constituendi bannitum de plano.
- Forma recognitionis persona banniti per illius confessionem. ibid.
- 87 Forma protestationis, qua à Iudice premitti debet ante quam procedat facta recognitione ad alias interrogaciones.
- 88 Forma interrogatoriorum siendorum bannito sequentia recognitione persona illius.
- 89 Interrogandorum reorum non traditur in scholis disciplina, nec exercitatio traditur à Doctoribus.
- 90 Forma constituendi bannitum in tortura, & qua protestatione premissa torqueri debeat.

NE c tamen quamvis capto bannito sola restet executio, statim sine aliquo nouo processu sententia personaliter cōtra illum exequenda est; sed † nouo est opus processu super recognitione personæ illius, vt ante executionem constet, eum esse, qui in banno, & sententia descriptus est. ita Bald. in titu. de feud. sine causa non amittit. cap. 1. Guiliel. Mayner. in l. sicuti pœnam. num. 23. ff. de reg. iur. Et ita illa traditur forma, quam Iudex seruare debet, vt faciat scilicet bannitum recognoscere bannum, & fateri se esse eum, qui in ipso banno est nominatus, deinde † sententiam exequatur, ita dicit Bartol. in d. l. diuin. numero 5. ff. de custo. reor. subdens, se ita sepius practicasse. & in d. l. inter stipulantem. §. 1. num. * 13. ff. de verbor. oblig. dicit, quod boni Assesiores ita seruant, vt etiam ex eo dicunt Sali. in l. quicunque. post num. 2. C. de requiren. reor. Igne. in l. Cornelius. num. 61. ff. ad Syllan. & Nell. in tract. de bannit. in 3. part. 1. tempor. quæst. vlt. num. 12. & hanc esse communem practicam ex Ang. & aliis per eum relatis dicit Iul. Clar. d. quæst. 96. d. vers. quero nunquid. qui etiam dicit quod ipse semper vidit d. practicam Bart. ab omnibus obseruari, & ideo putat minimè mutandam esse, quæ quidem practica antiqua est, quia ita in practica ab antiquo introductum extitit, vt dicit Gram. siue Barth. Vinciguera super constit. regn. fol. 54. numero 8. prout illum etiam refert Iul. Clar. d. vers. quero nunquid. quem refert Bonacossi. in commun. opin. in verb. exequire latus inter communes opin. recens collect. tom. 2. lib. 7. tit. 15. nu. 102. quam eriam practicam laudat etiam idem Nell. in d. tract. de bannit. 2. part. 2. tempor. quæst. 34. & Marfil. in sing. 72. vbi etiam dicit hanc esse communem practicam. Ang. de malefic. in verb. Caium Sempronij. in princip. & ibi Aug. de

Arim. in additio. & in verb. & ibi caput à spatulis amputetur. vers. & quod hic dicitur. num. 17. Carrer. in pract. crimin. fol. 14. nume. 8. qui alios allegat, & similiter dicit banc esse communem practicam, quam etiam sequitur Mayner. in d. l. sicuti pœna. numero 23. ff. de reg. iur. Boff. in d. titut. banniti, quid amittant. numero 18. & Foller. in pract. crimin. in verb. captis foriudicatis. numero 1. qui dicit etiam, quod ita seruat in Regno. Hypol. Bonacossi. * part. 1. commun. opin. crimin. in verb. bannitus statim. & in verb. bannitus in contumaciam, latè Rolan. à Valle consilio 60. numero 26. & alius sequen. volum. 2. Laur. ab Occa. consilio 60. numero 1. torn. 2. consil. crimin. Cyril. in sum. crimin. part. 1. titu. si reus in ius vocat. non ierit. §. 2. colum. fin.

Et ad cautelam quoad crimen hæresis iudex secularis potest facere, vt ille per inquisitorem condemnatus se illum esse fateatur, de quo in sententia per Ecclesiasticum Iudicem lata, vt per Felyn. in cap. ad abolendam. de heretic. quem refert, & sequitur Campag. in additio. ad Zanchi. de heretic. cap. 18. in pen. addit. nō enim necessaria est recognitio huiusmodi hoc in crimen, postquam clarissime per traditionem veram illius condemnati Curiæ seculari constat de persona ipsa damnata, quando scilicet Curiæ seculari traditur per Iudices Ecclesiasticos & Inquisidores, licet necessaria esset recognitio, quando ipse condemnatus in contumaciam per Iudicem secularis, vel ipsum Iudicem Ecclesiasticum caperetur. licet enim in sententia Curiæ seculari condemnatus tradatur, factè tamen traditur, non actualiter; ex qua facta traditione non dicitur constare de persona ipsa condemnata, nisi recognitio fiat.

Prout † in ceteris criminibus, in quibus non fit ad cautelam, vt existimat Bald. in quodam suo consil. vt eum refert Angel. in d. verb. Caium Sempronij. in princip. post nu. 3. sed necessaria est per rationes Bal. in l. demonstratio. in princip. ff. de condit. & demonstra. ex quibus necessariam esse dicit idem Ang. in d. verb. Caium Sempronij. post d. numer. 3. & velut necessaria antiquitus practica recognitionis prædictæ introducta est, & Docto. vti necessariam eam laudant in locis iam citatis. & sequitur Mayner. in d. l. sicuti pœna. d. num. 23.

Et † præsertim necessaria est, si quando formata fuit inquisitio, nomen ignorabatur homicidæ, & delinquentis, & descriptus fuit per signa, staturam, habitationem, vestes, & alias circumstantias, quæ exprimi possunt: & processum fuerit ad condemnationem, prout procedi potuit, dummodo constiterit de corpore, vt omnes sciunt, vt dicit Boff. in tractat. causar. crimin. titu. de delicto. numero 4. trigesimotertio, quem refert Iul. Clar. libro quinto, sent. §. fin. quæst. 4. vers. quando vero. & quæst. 31. vers. contra & aduersus. Nam si ad condemnationem procedi non potuisset, nisi de corpore constitisset, multo minus ad executionem procedi posset, nisi de corpore per recognitionem personæ cōstataret. auth. multo magis. Codic. de sacros. Eccles. cum de maiori præiudicio agatur in executione, quam in condemnatione, vt supra diximus in prefat. numero 79. & late tradit in specie Ang. Institut. de act. in §. quadrupl. nume. quinto, quem refert, & sequitur Marfil. in pract. crimin. in princip. numero 17.

Prout

De execution. sent. Capto bann. Cap.II. 61

¶ Prout † etiam necessaria est quando forte in libello inquisitionis erratum fuisset in cognomine, seu in patria, ut quia dictum esset, Petrus Martini de Sancto Laurentio, & in illo loco S. Laurentii non esset Petrus Martini, sed Petrus Ioannis: potest enim ad executionem cōdemnationis procedi contra dictum Petrum Ioannis, dummodo de corpore constet, & ita quod ille esset homo, qui in banno descriptus reperitur, & qui de maleficio fuerat inculpatus, alias secus. Angel. in l. his verbis. § fin. 7 in fine. ff. de hered. insit. vbi dicit. quod † fuit in facti contingentia decapitatus quidam Bononiz, qui erat descriptus in numero bannitorum tanquam de una cluitate, cum esset de alia, ex quo constabat eum esse, qui fuerat pro illo maleficio citatus, & condemnatus. & refert & sequitur Ioann. Arnold. epitom. 95. quidam concinis. & ambos Iul. Clar. d. quest 8 31. vers. contra & aduersus. qui etiam ibi † admonet delinquentes, ne super eo confidant, quod forte in libello inquisitionis erratum sit in cognomine seu in patria, quia si se banniri permiserint, & in fortia iustitia postea peruererint, si de corpore constabit, cōdemnationis executionem euadere nō poterunt. Vnde † cauti & boni assessori hoc in causa faciunt bannitum hunc captum recognoscere, se esse illum, qui in banno descriptus est, & nominatus, qui de maleficio inculpatur, ut in specie ista dicit Bart. in l. demonstratio falsa. in 6. quest. ff. de condit. & demonst. quem refert & sequitur Nell. in d. vlt. quest. 3. part. 1. tempor.

¶ Necessaria † etiam est recognitio, quādo qualitates siue demonstrationes banniti capti cū qualitatibus & demonstrationibus banni, & sententiae non concordarent, ut sentit Nell. de bann. 2. par. 2. temp. q. 14. dicens hoc in casu necessarias esse probationes de identitate personae. Prout etiā necessaria est, quando plures essent in eodem loco eiusdem nominis, vt si Petrus Martini de tali loco de delicto inquisitus fuerit, & condemnatus, & plures Petri Martini in d. loco reperiuntur. Nam etiā bannū nullū videri posse propter pluralitatem, ut in specie sentit Ang. in d. l. inter stipulantem. §. si Stichum nume. 6. ff. de verb. oblig. & in l. 2. num. 2. ff. de liber. & posthum. si tamen † constaret de corpore, & quod ita captus est ille met, qui in banno est descriptus, executio fieri potest. Bart. in d. l. demonstratio falsa. in d. 6. quest. & Nell. qui cum sequitur in d. q. vlt. 3. part. 1. tempor. vbi 12 dicunt, quod † propterea & in hac specie cauti Assessores faciunt, quod captus recognoscatur se esse illum, qui in banno est descriptus, & de maleficio inculpatus, & sequitur in specie Rolan. à Valle d. conf. 60. num. 26. vol. 2. Prout etiā cauti Aduocati defendunt occidentem bannitum, etiā variatū esset eius nomen, faciunt propterea articulos de identitate personae. ita ex Bar. & aliis quos alleg. tradit Alber. Brude statutis. in verb. bannitus. vers. occidens bannitum ex permissione statuti. Quamuis † tamen prædicta communis practica recognitionis personae banniti indistincte fiat & obseruetur, etiam quod illius nomen, cognomen, patria, & aliae circumstantiae in Inquisitiones banno & sententia specificatae fuerint, & licet etiā Iudex ignoraret, quod plures essent in loco eiusdem nominis & cognominis: statim e-

nim quod bannitus captus est diligentia huiusmodi minime adhibita Iudices faciunt, quod ipse bannitus recognoscatur se esse illum, qui in banno & sententia est descriptus. Et si † alter istorū, qui esse 14 eiusdem nominis & cognominis, esset doli capax alter vero non, de illo, non autē de hoc Iudex sensisse videtur, vt per Bald. in d. l. hac consultissima. & ibi Ang. num. 3. C. qui testam. fac. poff.

Recognitio † autem huiusmodi fit aut per propriam confessionem ipsius banniti, vt diximus, aut per testes. vt de confessione tradit Bar. in d. l. demonstratio. & in aliis locis supra alleg. & alijs omnes supra citati in iam citatis locis. & de vtricq; confessione scilicet & testibus, tradunt Carrer. in d. sua practica crimi. d. fol. 14. num. 8. & Foller. in pract. crimi. d. verb. capti foriudicatis recognoscantur. num. 1.

Fit † autem per propriam confessionem recognitio hæc in hunc modum & formam. Quoniam describitur à Notario actuarii ipsius banniti corā Iudice constituti statura, effigies, barba, vestes, ornamenti, alia similia signa, quæ sunt ad hominem recognoscendum, secundum Bar. in l. 1. C. de mendic. vali. lib. II. Et facta descriptione huiusmodi sine ipsius banniti nomine, & delato eidem iuramento de veritate dicenda, confessim primum interrogatur de eius nomine, cognomine, praenomine, patre, vel matre, patria, & exercitio, & ita de aliis qualitatibus, vel uno interrogatorio, vel pluribus successiue, quod melius est, si quæ aliae in processu, banno, & sententia condemnatoria circa ipsius banniti Constituti personam expresse, & specifica & fuerint. Foller. in d. verb. capti foriudicatis recognoscantur. num. 1. Laur. ab Occa. conf. 60. num. 1. tom. 2. conf. crimi. Et † recepta de 17 super responsione ipsius banniti, interrogatur, an in loco, & patria sua, vnde dixerit esse oriundum, eiusdem nominis, cognominis, praenominis, patris & qualitatis (si quam aliam expressisset) aliquem cognouerit, & cognoscatur, & an aliquis alius eiusdem nominis, cognominis, praenominis, patris, & qualitatis sit in loco, & patria sua, quam ipse constitutus. idem Foller. vbi supra d. n. 1. Et † recepta response 18 fione, quod neminem cognoscit, & quod nullus alius in loco & patria sua, quam ipse constitutus, est eiusdem nominis, cognominis, praenominis, patris & qualitatis, solet aliquando ei exhiberi bannum, & sententia condemnatoria contra eum late, scripta in libris, in quibus scribi solent tales sententiae, & banniti describuntur, per quos quæ esse bannitū probatur. Salye. & Bald. in l. moueor. C. si ser. expor. ven. Alex. in l. decem stipulantes. n. 37. ff. de verb. oblig. & ibide Ias. n. 18. Eridem Alex. in l. 1. n. 11. ff. de nou. oper. nunc. Maschard. de probat. vol. 1. concl. 162. n. 1. Et sufficeret etiam exemplum & sumptū sententiae exhiberti, ad hunc tamen effectum recognitionis, quia ex solo etiam sumpto, cum solemnitatibus tamen requisitis, occidens bannitum excusat, si registrum esset vel consumptum, vel combustum. Nell. de bann. 2. par. 2. tempor. q. 9. n. 9. Maschard. d. concl. 162. n. 12. Non tamē sufficeret quoad executionem. vt infra diximus. c. fi. n. 38. in fin. Et ea sibi de mādato Iudicis per Notariū lecta & vulgarizata, ad claram illius intelligentiam interrogari debet, an ipse sit ille met, qui in d. banno & sententia descriptus & nominatus est, & qui

ut ibi de delicto inculpatus extitit, quod quidem fit & obseruatur, & fieri & obseruari debet ex sententia Bar. in d.l. diuus. d.l. inter stipulantem. & in d.l. demonstratio falsa. & Ang. Nell. Ang. Aret. August. de Arim. Clar. Boff. & aliorum. supra alleg. in iam citatis locis. & secundum communem practicam, de qua prædicti, ut supra, testantur, quod scilicet Iudex faciat, ut supra diximus num. 9. bannitum recognoscere bannū, & fateri se esse eum, qui in ipso banno est nominatus. Quamuis tamen hoc necessarium non videatur, quod scilicet confiteatur, se esse illum de quo in banno, sed satis esse videtur, ut nō appareat, alium esse eiusdem nominis, & cognominis, quo in banno describitur, secundum Alex. in d.l. diuus. Fely. in c. cum Ioannes. col. 2. de fid. instrum. Sed veritatem esse, quod debet fateri, si illum esse, qui maleficium arguitur, dicit Boff. in d.l. tit. Banniti quid amittant. nu. 18. vbi altos alleg. sentientes cum Bar. in d.l. diuus.

²⁰ Et tamen quoniam ex sententia Bal. in c. 1. de feud. sine culpa non amitt. Ang. Aret. in d. verb. Caium Sempronii. & in d. verb. & ibi caput à Ipatius amputetur. vers. & quod hic dicitur. num. 17. & Roland. à Vall. d. cons. 60. num. 28. declarari debet per iudicem, talem personam captam eam esse, quæ in banno & sententia reperitur, quod & velle videtur Bertazol. cons. 35. num. 10. volum. 1. scilicet facta responsione per bannitum constitutum, talem personam esse, quæ in banno reperitur, per iudicem confessim pronunciari & declarari, talem personam captam constitutam esse, quæ in banno & sententia reperitur, & illud & illā suis loco & tempore fore, & esse exequandam, prout hanc declarationem iudicem facere posse, tradit Angel. in l. hac consultissima. num. 3. C. qui testament fac. poss. & in l. 1. C. de sent. qua sine certa quantit. vbi dicit, quod ita de facto obseruatur. Et quod hæc declaratoria fiat identitatis personæ banniti, laudat etiā Fely. post Bald. quem alleg. in c. Rodulphus. num. 63. vers. sed declaratoria de re scriptis. Quamvis aliqui soleant ita etiam pronunciar & declarare, licet sententia non exhibuerint bannito constituto, nec ita aliquam responsionem receperint esse illum, qui in banno est nominatus, solum recepta responsione, neminem alium in loco reperiri, qui sit eiusdem nominis & cognominis, prout est ipse constitutus. H. autem sequuntur forte opinionem Alexandr. in d. l. diuus. supra relata, practicam prædictam Bart. communiter receptam seruare non dicuntur, quā Iudex, (ut diximus supra. num. 1.) seruare debet, faciendo bannitum recognoscere bannum, & fateri se esse illum, qui in banno est nominatus.

²¹ Sed quoniam tamen recognitio ista per propriam confessionem sufficiens non videtur, cum de corpore dubitatur, propter pluralitatem, ut sentit Ang. in d.l. 2. ff. de liber. & posthum. & in d.l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig. & in d.l. hac consultissima. C. qui testament fac. poss. & in d.l. 1. Cod. de sentent. qua sine certa quantitat. consilium tamen est, quod primo Iudex compellat eum ad declarandum, quod est illud corpus, de quo in sententia, ut dicit Bartol. & communis practica supradicta. & secundo ad confitendum in iudicio, quod illud delictum commisit, secundū Angel. in dicta l. inter stipulantem. §. si Stichum. & in d.l. 2. de liber. & posthum. & in dicta l. 1. Cod. de sentent. qua

sine certa quantitat. & in dicta l. hac consultissima. & hanc esse meliorem practicam, & forte necessariā dicit Angel. Aret. in d. verb. Caium Sempronii. in princip. post num. 2. ponderans etiam ad hoc Bart. in d. 23. §. si Stichum. quatenus dicit ibi, quod si iudex non potest hanc confessionem extorquere, probatores habeat, quod homo ille est, qui de hoc maleficio inculpabatur, vel qui illud fecerit. Sic ergo Bart. (subdit Angel.) vult, quod probetur, quod illud maleficium commiserit. Ideo clarum est, quod sentit, quod si iudex potest, & eandem confessionem ab eodem exigat, quod illud maleficium commisit. Eandem tamen practicam sequitur Mayner. in d.l. sicuti pœnam. post dict. nu. 23. ff. de reg. iur. ut bannitus non tantum se recognoscatur, sed addat etiam, quod tale crimen, de quo bannum cantat, & condemnatio, suis loco & tempore, modo & forma in dicto processu contētis, ipse commisit: tunc enim facta dicta confessione secure potest fieri executio; alias enim iste sine delicti probationib. condemnatur, quod est inconveniens, cum tamen tale bannum ²⁴ & condemnatio in contumaciam facta non probet, dictum bannitum tale delictum commisit, ut non Bart. in l. si video. in princip. ff. de eviction. & in l. transigere. Cod. de transactio. Vnde ut appareat, quod ex delicto, & non propter eius contumaciam fiat executio ita acriter, quia decapitatur, semper vrile est, imo necessarium videtur, quod confiteatur se delictum illud commisisse. ut dictum est, & dicit Mayner. vbi supra, quod ita sentit Ang. & Io. de Imol. post Bartol. in dicta l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. & ex Boff. in tit. banniti quid amittant. dicit communem Bonacoss. commun. opin. verb. bannitus. relatus inter commu. opin. recens collect. tom. 2. lib. 9. tit. 33. de senten. pass. num. 80.

Sed tamen verior est sententia illa Bar. & eius practica recepta communiter, ut diximus, quod ille confiteatur, se esse illud corpus, quod in banno, & sententia nominatur, & describitur. Neque necessarium est, quod confiteatur, quod ipse delictum, quod in banno, & sententia continetur, commisit, ut dicit Aug. de Arim. in addit. ad Angel. de malefic. in d. verb. Caium Sempronij. in l. addit. adducens etiā pro Bart. opinione Bald. in l. voluntatis. C. de fidei comm. & eundem Bal. qui hoc dixit in terminis in dicta l. hac consultissima. C. qui testament fac. poss. & in l. 1. C. si unus ex pluribus. & Imol. in d.l. demonstratio falsa. ff. de condit. & demonstrat. & dicit Bonacoss. in praticato loco. quod boni Assessores, quando capiunt bannitum, faciunt statim ipsum confiteri, quod sit idem corpus, & quod sub ille, qui fuit citatus & bannitus. Quibus tamen intelligimus male consuluisse Ang. in d. §. si Stichum. & in aliis locis supra alleg. & male facere Rectores, & iudices aliam practicam seruantes, prout communiter Rectores seruare, quia faciunt captum confiteri, se esse illum, qui deliquit, dicit Nell. dicta questione ultima. 3. part. 1. tempor. de bannit. quam practicam esse plenam periculo, & contra communem opinionem Doctorum, dicit Boff. dicto tit. banniti quid amittant, numer. 18. quem refert Iul. Clar. dicta quest. 9. 6. dicto vers. quero nunquid. & rationibus Angel. facile responderet Imo. in d.l. demonstratio falsa. de condit. & demonstrat. & in d.l. 2. de liber. & posthum. ad quem se remittit Aug. Arim. in d.l. addit. ad Ang. in d. ver. Caium Sempron. qui subdit

De executione sent. Capto bann. Cap. II. 63

subdit, quod nec Bar. in d. l. inter stipulantem, si recte eius verba perpendantur, dicit, quod Ang. exillis infert.

- 28 Verum † si plures reperiuntur eiusdem nominis & cognominis, aut esset erratum in cognomine, vel in patria, iudicem animaduertere oportet, an citatio contra inquisitum, & sucessive bannitum, & cōdēm natum emanata, fuerit facta personaliter, vel ad domum istius capti, & quod ita cōstet, quod iste captus fuerit, qui vel ad domum habitationis citatus fuit: tunc enim † citatio non fuit iāvalida nec ratione erroris, nec incertitudinis, ex quo constat de corpore citati, & ita facta recognitione personæ, executio condemnationis sequi potest, vt per Nell. in d. quest. vlt. 3. part. 1. tempor. de bann. quod non negat Ang. in d. §. si Stichum. num. 6. l. inter stipulantem. ff. de verb. obligat. nec alibi.

- 30 Nec † videtur, quod alias iudex possit interpretari, quod de hoc corpore senserit in processu, & banno, licet hoc quidem facere posse velit Bar. in l. ab executori. in princip. ff. de appell. & Bald. in l. non ignorat. in fin. C. de fruct. & lit. expens. quoniam contra illam doctrinam arguit terribiliter Angel. in l. eum quem temere. ff. de iudic. in fin. vbi probat, quod † lata sententia hæc interpretatio fieri non potest per ludicem, quamvis ante latam sententiam super inquisitione posset. & sequitur August. de Arim. in d. 1. addit. ad Ang. vbi supra. & subdit Ang. in dict. l. eum quem temere. in fine. quod cautela est, quod fiat probatio per testes de intentione Curiae, quod fieri potest, vt ibi per eum, & in l. si pretor. §. Marcellus. in fine. eodem titul.

- 32 Et si bannitus † iste captus neget, se esse illum de quo in banno & sententia condemnatoria, poterit iudex illum compellere per torturam, vt confiteatur, se esse personam in banno descriptam. Ang. in d. l. hac consultiſima. & Ang. Aret. de maleſ. in d. verb. Caium Sempronij. colum. 2. Nell. in d. quest. vltim. 3. part. 1. tempor. & question. 34. 2. part. 2. tempor. de bannit. prout ad hoc illos allegat & sequitur Rolan. à Val. l. conf. 60. nu. 27. sic eos intelligens dicentes simpliciter, quod iudex compellat, vel faciat bannitū captum confiteri, se esse illum de quo in banno, loqui scilicet de compulsione per torturam, & dicit hanc esse communem practicam ex Marsil. in d. sing. 72. qui similiter attestans de hac comuni practica compulsionis, expresse de tortura non loquitur, quem etiam vii testantem de hac comuni practica compulsionis per torturam refert & sequitur Iul. Clar. d. quest. 9. 6. d. vers. quero nunquid. & dicit Carrer. in pract. crim. fol. 15. nume. 10. quod sic iudices vtuntur, quod torqueatur bannitus, vt ore proprio manifestet, se illum esse de quo in sententia. & Bonacost. qui etiam dicit, quod ista est comuni practica, in suis commun. opin. in verb. exequi. relatus inter dietas communes opin. recens collect. dicto libr. 7. tit. 15. de execution. rei iudic. tom. 2.

- 33 Et ipsum bannitum sic negantem ultra interrogationem de eius nomine, cognomine, patre, patria, & aliis qualitatibus, de quibus supra admouimus, poterit iudex interrogare, quo tempore ab eius domo se absentauerit, quanto tempore absens fuerit, qua de causa, & vbi fuerit, si de homici-

dio in personam N. commissio fuerit inquisitus, cōtatus, bannitus & condemnatus, & aliter vt natura cause expostulabit, & ipsius banniti confessiones & negationes fuerint. Et ideo super omnibus istis circumstantiis & qualitatibus interrogandus est, vt videatur, si cum qualitatibus concordet, que in processu existant, & sic recognitio etiam fiat, si bannitus confessum non confiteratur, se esse illummet, de quo in banno & sententia. Ita iudicem instruit hoc in casu Foller. in pract. crimin. in d. verb. capti for. iudicat. num. 1.

Vel † habeat iudex probationes & testes, 234 quibus ipse bannitus & captus recognoscatur pro illo, qui in banno & sententia nominatus & descriputus est, vt admonet Bart. in d. §. si Stichum. d. l. inter stipulantem. ff. de verb. obligat. quem refert & sequitur Ang. Aret. in d. verb. Caium Sempronij. colum. 2. in fine. & tradit Carrer. in d. pract. crim. d. fol. 14. nu. 8. & Foller. in d. verb. capti fori iudicatio. post numer. 1. dicens, testes esse † examinandos in faciem ipsius banniti super 35 ipsius recognitione, ipsum interrogando de omnibus circumstantiis & demonstrationibus, de quib. in processu & sententia, vt sic vere appareat esse eundemmet, de quo in sententia: & dicit, quod hanc practicam docet Bar. in d. l. diuus. de custod. reor. & in d. l. 1. ff. de requi. reis. & 10. Mille. in pract. crim. fol. 26. num. 21. in glo. publicandos.

Sed † exhibendo ipsis testibus personam banni 36 niti per eos recognoscendi, prout ad recognoscendam exhibendus est, secundū Foller. vbi supra. quatenus ibi dicit, testes examinandos esse in faciem banniti; & antea dixit Bal. licet de bannito in specie non loquatur. in cap. cum causam. num. 53. de test. Bart. in tract. de testibus. num. 46. & Ang. in l. 1. num. 2. ff. si ex noxa. causa aga. & idem Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem. num. 46. in 2. editio. Et † quidem 37 cum indumentis & qualitatibus eius, si possibile esset, facienda est. Bar. in l. si cum exhibuissent. §. ante autem. num. 2. ff. de publica. & in l. stigmata. C. de fabri- cen. lib. 11. & Bald. in d. cap. cum causam. num. 52. dicens quod exhibitio fieri debeat in habitu consueto, licet † facies illa sit, quæ principaliter personam & 38 hominem ostendat. Animaduertendum † est, 39 ne ad oculum bannitus exhibitus demonstretur, quia materia fabricandis falsum daretur, sed constituto bannito inter duos vel tres interrogetur testes, quis eorum videatur, & sit ille, de quo dixerunt in eorum depositionibus, vt admonet inter alios Foller. in dict. verb. capiat informationem. d. num. 46.

Nec † alias sufficeret, quod testes cognosce- 40 re dicerent d. bannitum nomine, & cognomine, quamvis personarum identitas per nomen & cognome illius personæ, de qua agitur, pbari debeat. l. demonstratio alia. ff. de condit. & demonstrat. Crauet. conf. 169. num. 4. & conf. 198 post num. 2. & Matthesil. in l. 1. num. 3. C. si unus ex plurib. nisi etiam deponerent, esse illummet, de quo in sententia, quia possent esse alii eiusdem nominis & cognominis, & non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse l. now hoc. Cod. vnde legit. l. neque tales. C. de probation. cap. in presentia. de probatio. Et tradit Dec. consil. 36. sub numero quarto. versic. nec obstat. vbi in simili adducit

quod insigniter consuluit Cardin. & sequutus est Abbas. in cap. cum Ioannes. de fid. instrum. col. vlt. versic. sed extra gloss. quero. & nouissime Maschard. in suo insigni tractatu de probation. volum. 2. in conclusion. 875. Identitatem personarum. nu. 2. qui post opus hoc nostrum iam absolutū ad meas manus peruenit. Nec tamen destitimus, quin eundem locis iam à nobis descripsi adderemus Maschardū: omniū etenim honos cordi nobis semper fuit, qui voluerunt in dictis locis. quod si † duo in instrumento sint descripti pro test. bus, vt A. & B. eorum cognomine expresso, & postea instrumentum de falsi crimine redarguatur, ac duo testes eisdem nominibus producantur, negantes, se interfuisse confectioni, hoc non satis esse ad reprobationem instrumenti, quia dici non potest probatum, illos eosdem esse, qui descripti in instrumento reperiuntur: possunt enim esse alii, qui eisdem nominibus vocantur, & ita probatio non concludit. Idem alii tenent, quos refert Maschard. in dicto loco. & probatur per Fely. in cap. auditio. de prescriptio. quem sequutus est Franc. Vigi. cons. 9. nu. 1. & aliis seqq. vbi concludunt, quod expressio † nominis proprii non certificat personam, sed probare opus est, quod sit illamet persona, de qua contenditur, quia potest esse, quod multi alii eiusdem essent nominis, & ob id inferunt, qd volens defendere homicidiam, quia occisus erat bannitus, debet probare, non solum quod occisus sic vocaretur, sed etiam quod ille bannitus fuit ille, qui fuit occisus, & sic constare debet, quod sit is, de quo loquitur bannum. Allegant Bart. in d. l. diuus. ff. de custod. reor. & in d. l. inter stipulante. n. §. 1. num. 13. ff. de verbis. obligat. & in d. l. demonstratio falsa. in princ. ff. de condit. & demonstrat. qui loquitur de recognitione personæ banniti pro executione sententiæ. Quem etiam refert & sequitur Corn. consil. 143. numer. 12. volum. 2. qui similiter loquitur de recognitione personæ banniti in terminis executionis sententia vigore bullæ Pii II. & cōcludit, quod ultra nomen proprium pro identitate personæ banniti, requiri ut etiam alias demonstrationes, quia ex identitate nominis solum non dicitur constare de identitate personæ banniti, de quo in sententia. vt per eum ibi.

Et si † contigerit, quod bannitus post eius capturam linguam sibi amputauerit, ne seipsum & complices detegere, vel quod alias mutus esset & surdus, vel à natura, vel ex accidenti, tunc capi debet informatio, an is bannitus, qui linguam sibi amputauit, vel qui alias mutus esset ex accidenti, scribere sciat: quoniam sciens scribere cogi poterit ad dicendam veritatem per scripturam, an sit ille, qui in sententia nominatus & descriptus est, & qui vt in sententia dicitur condemnatus, vt etiā ad detegendam complices, etiam per torturam, vt scilicet tormentetur, donec, debito tamen tempore, manu sua propria scribat, se esse eandem personam, quæ descripta est, & condemnata, vt in sententia sibi exhibita, vel donec complices ita etiam scribat, & receptatores. Nemadmodum † hoc modo cogi posset ad dicendam veritatem de delicto ipso, si condemnatus non esset, vt sing. voluit Tancred. de Corner in sua compendiosa. in vlt. rub. q.

4. dicens ita fuisse responsum contra quandam patruū, qui nepotis sui, quem occiderat, vt illius hereditatem consequeretur, necem detegeret, linguam sibi amputauerat, vt scilicet capta informatione, quod sciret scribere, tādiu tormentaretur, donec manu sua scriberet, se scelus commisile, & valet † confessio hæc ita per scripturam extorta, 45 vt per eum ibi, quem refert & sequitur Ferrat. caut. 57. ad quem se remittit Hypol. Bonacoss. in tract. cautel. in litera M. cautel. 35. & alibi plenius in materia testū retulimus. Si † vero scribete is nesciret, qui scilicet linguam 46 sibi amputauit, vel qui ex accidenti mutus esset, per signa respondere cogitur, vt etiam surdus & mutus à natura per signa interrogari poterit, & signis similiter respondebit, prout super delicto ipso, si condemnatus non esset, per signa interrogaretur, & signis responderet. vt per Anto. Gomez. cap. 1. delict. num. 69. in fin. & Petr. à Plaza lib. 1. epitom. delict. cap. 32. post num. 18. Vt etiam † interrogaretur, & responderet deberet, si vii testis examinaretur, vt examinari potest. vt per Bonifac. de malefic. tit. de test. num. 57 & ante Specul. tit. de test. §. nunc tractandum. num. 17. Nell. in tract. de test. num. 28. in 1. part. & est communis opinio secundam Abb. & alios in cap. de testibus. extra de test. Alex. & alios. in l. 1. in prin. vbi Ripa nu. 37. de communi testatur. ff. de verbis. obligat. Alciat. in rubr. extra de iure iurian. num. 13. qui dicit hoc sibi placere, & in ista practica esse approbatum, cum aliis, quos alibi cumulauimus. Et † licet quis surdus & mutus 48 sit, quando tamē alias habet integrum intellectū, habilis in iure reputatur ad omnes actus exercendos, nō secus quam reliqui, secundum Dd. in l. mutū. C. de acquir. hered. Ang. in l. seruo. §. si pupillo. nume. 1. ff. ad Trebell. Socin. cons. 61. colum. penult. vers. tertius & ultimus casus. volum. 1. Dec. Cagno. & Mayner. in l. vbi non voce. ff. de regul. iur. Paris. cons. 63. volum. 4. ita † vt habilis etiam ad delinquendum reputetur, & ex delicto inquiratur, condemnatur, & puniatur pœna etiam ordinaria. vt not. determinat Ioan. de Imol. in dicta l. 1. ff. de verbis. obligat. colum. 3. numero 11. & ibi Rom. num. 16. Alex. num. 6. Iason colum. penult. in fin. Alciat. nu. 52. Vinc. num. 4. & Anton. Gomez. d. cap. 1. delict. post nu. 69. dicens, quod ita iudicatum fuit in quæstione de facto, & fuit quidam mutus suspensus, qui cum alio in homicidio socius fuit, & post eum, quem refert Petr. à Plac. d. c. 32. n. 18 lib. 1. epit. delict. 50 Et † practica erit, quod mutum & surdum iudex interroget per signa, & Notarius & Etuarius & Scriba illius nutus, actus & signa scribat, & qualiter ille taliter respondit per talia signa, si ipse Notarius illa intelligat, vt quia illius cōversationem habeat. Si autem per se non intelligeret, tunc consanguinei, vicini, vel amici, vel alii, qui nutum illum & signa intelligant, adhiberi debent; & tunc Notarius scribat, qualiter per tales tanquam interpretes d. mutus per talia signa respondit, sicut in simili magistraliter & practice traditur per Bart. cuius dictū & practicam sequuntur Dd. in d. l. mutū. ff. de acquir. hered. & in d. l. seruo inuito. §. si pupillo. ff. ad Trebell. & in d. l. 1. ff. de verb. oblig. & Ant. Gomez. c 14. contract. nu. 29. Gulielm. Benedict. in cap. Raynulius. in verb. mortuo itaq. testatore d. numero 375. & seq. & alibi fusius diximus in materia testium.

Sed

De executione sent. Capto bann. Cap. II. 65

- Sed quoniam † examen hoc muti & surdiā
 51 natura sit ad effectum exequendi sententiam facta
 recognitione personæ, practica faciendi recogni-
 tionem per illius confessionem tuta non est, nec
 sufficiens; quia quemadmodum ex eius confessio-
 ne per signa extorta condemnatio sequi non po-
 test, sed testium probatione opus est, ut per Anton.
 Gomez. & Plac. in prealleg. ita etiam, & multo magis
 executio sententiae sequi non poterit, sed testium
 probatione opus erit, qui illu in recognoscant pro
 eo, qui in banno & sententia nominatus & delcri-
 ptus est.
- 52 Et † si bannitus esset Theutonicus, vel alterius
 regionis, qui lingua Latinæ, vel nostræ vernaculae
 esset imperitus, debent adhiberi interpretes, si no-
 53 tarius illius linguam non intelligeret, cum † si in-
 telligeret, ipse solus sine interprete sufficeret. Bar.
 & scribentes in d.l. i. §. eadem. ff. de verbor. obliga. Iudex
 54 autē † licet intelligeret, satis non esset, ut per Iaso
 in d. §. eadem. n. 10. post alios per eum relat. quicquid
 aliter ibi Bart. dixerit. Et † practica erit, quod No.
 55 tarius primo instrumentum cōficiat deputationis
 interpretum, qui duo ad minus esse debent, si re-
 periuntur, alias vnu sufficit, secundum Bart. & scri-
 bient. in d. §. eadem. Quibus deferri † debet iuramen-
 56 tum de fideliter interpretando, & solent deinde in
 calce examinis eorum manu propria attestari, ita
 interpretatos esse, ut supra per Notarium scriptum
 est. Secundo principium examinis, & constituti
 scribere debet secundum formam inferius descri-
 ptam, ut colligitur ex practica, quam tradit Bart.
 Notario actuaria in d. §. eadem. ad quem se remittit
 Afflct. in const. in pecuniaria, num. 15.
- 57 Quoniam † vero banniti & condemnati facta
 recognitione examinari, & interrogari solent su-
 per sociis & receptatoribus, ac aliis criminibus,
 non autem super delicto principali cōtra sciplos,
 vt confiteantur, & ita seruatur in statu Ecclesiasti-
 co, vt & seruari in ducatu Mediolani dicit Iul. Clar.
 lib. 5. sentent. §. fin. q. 64. vers. veritas est. & dicit Chaf-
 san super consuetu. Burgun. fol. 48 post n. 40. quem refert
 Iul. Clar. d. vers. veritas est. in prin. quod male faciunt,
 58 qui aliter faciunt. Animaduertendum † est, quod
 ne aliquod præiudicium per interrogationes faci-
 endas, & responsiones subsequutas ipsius banniti
 inferatur sententia condamnatoria, & rei iudica-
 tia, & confessioni, & probationi ex contumacia à
 statuto inductæ, vel aliis probationibus in proce-
 ssu existentibus, vel etiam ipsius banniti confessio-
 ni, si forte ipse confessim bannum recognouerit,
 & delictum illud commisissé confessus fuerit, so-
 lent, antequam ad alias interrogaciones post facta
 recognitonem procedatur, prudentes & cauti in-
 dicis expressam præmittere protestationem, quod
 per interrogationes subsequentes faciendas, ac alia
 propteriori veti ate quoad complices & alios de-
 liciti confocios, receptatores, & quoad alia crimina
 solum, & dum taxat facienda, & exequenda nullo
 modo sententia condamnatoria cōtra eum latet, ac
 rei iudicatæ, notorietati eriminis etiā inductæ per
 motus proprios sum. Pont. & statutorum, ac eius
 confessioni, & probationi criminis, siue ex statuto
 & sacris constitutionibus propter contumaciam
- inductæ, siue in processu alias vere existenti præiu-
 dicare intendit.
- Et multo magis protestatio hæc præmitti so-
 let à cautis & peritis iudicibus ante torturam, ban-
 nito pro ulteriori veritate inferendam, quoad cō-
 plices, receptatores & alia crimina, si hanc ulterio-
 rem veritatem de pleno fateri nollent in easibus,
 in quibus quis potest de sociis interrogari, vel de
 iure, ut in exceptis, quos enumerat Iul. Clar. libr. 5.
 sent. §. fin. q. 21. vers. dictum socii. vel de consuetudine
 in loco, prout hodie de consuetudine interrogan-
 tur te de sociis in omni casu, ut plures testantur,
 quos refert Iul. Clar. in d. loco. & testatur etiam Do-
 min. Sot. de tēgen. vel detegen. secreto. q. 6. in 1. conclus. vlt
 dub. fol. 95. dicens, hanc consuetudinem esse fere v-
 bique. & iterum concl. 3. in fin. fol. 98. vbi dicit, in cō-
 suetudine esse interrogare omnes latrones & futes
 de sociis, prout in dominio Mediolani de sociis nō
 interrogantur nisi futes, fraudatores falsi, vel bla-
 dorum, assassinii, & latrones, qui in viis publicis
 grassantur, ut dicit Iul. Clar. in precit. loco, cum regu-
 lariter de iure communis non possit quis de sociis
 interrogari. l fin. C. de accus. & est commy. opin. de qua
 testatur Io. de Amic. cons. 27. n. 1. & Iul. Clar. vbi supra &
 alibi diximus. Quoniam † si protestatio hæc non
 fieret de illum torquendo pro prædicta ulteriori
 veritate habenda sine præiudicio cōdemnationis,
 rei iudicatæ, confessionis & probatorum, & ipse
 bannitus super delicto sufficienter torqueretur, &
 delictū negauerit, & in negatiua persisteret, absolu-
 endus esset, etiā quod plene esset conuictus, arg.
 text. in l. edictum. ff. de quæst. & expresse tenet Mars. ibi
 col. 1. n. 2. & in pract. crim. §. nunc videndum. col. 5. n. 26.
 vbi reputat singulare & perpetuo menti tenendū
 Cepoll. cons. crimin. 32. versic. circa tertium dubium, quem
 refert & sequitur alios etiam allegans Crau. d. consil. 2. 87.
 num. 4. vol. 2. Thom. Ferrar. caut. 5. col. 3. versic. vbi etiā m.
 Anton. Gomez. cap. 13. delict. post num. 20. Iul. Clar. qui a-
 lios alleg. d. q. 64. vers. illata reo. & Boer. decis. 163. dicit
 quod temperita vidit obseruari, quod non potest
 reus condemnari ex probationibus plenis débili-
 tatis per torturam. Et prædicta sequitur etiam Io-
 seph. Cum. in ritu mag. Cur. regni Sicilia cap. 74. n. 34
 Laur. ab Occa. d. consil. 60. num. 32. vbi plures alleg. tom. 2.
 consil. crim. Et ita tanto magis absoluendus esset, si so-
 lum indicia quāvis vehe mentissima præcessissent,
 quæ sine dubio purgata dicerentur, ut ex communi
 & obseruantia totius mundi ex pluribus dicit
 Iul. Clar. d. vers. illata reo. Et in hanc opin. inclinare
 videtur D. Hieron. Mago. in suis decis. Lucens. decis. 89.
 in fine.
- Quamuis † si delictum esset plene probatum,
 & reus conuictus esset, & nihil posset sibi opiti. clari-
 ri, torturæ, in qua negando perseveraret, non pro-
 filere, quia delictum per eam purgatum non fuisset,
 voluerit Paulus de Castr. in l. si quis hoc genus. C.
 de Episc. & cler. Alber. in rubr. C. de quæst. col. 2. Bald. in c.
 ad nostram. ad finem. & post eum Felyn. de probationib.
 Mars. sing. 108. alios citat Riminald. iunior tom. 2.
 consil. crim. in consil. 84. num. 12. inter quos citat Gramm.
 consilio 12. numero 24. qui ideo † dicit Cepoll. male
 consuluisse dicto consilio 32. & contra casum l. qui
 sententiam. Codic. de pæn. quo passim mouentur

Dd. ad ita tenendum, quem text. ad hoc inducit, ostenditque quomodo id ex eo colligi possit, hanc opin. sequutus Couarr. cap. 23. pract. quest. versic. prima conclusio. circa fin. Licit idem Gram. decis. 8. colum. 2. senserit contra Mars. dict. sing. 108. pœnae ordinariae locum non esse, & ita hoc in casu condemnatione ad mortem sequi non posse, prout existimat Mars. sequi posse, quia nec text. in d. l. qui sententiam. nec Bald. in d. cap. ad nostram. quibus mouetur Mars. nec Paris de Put. de syndic. in verbo quidam latro. id dicunt: solum enim dicunt, quod is damnari poterit, sed neuerter dicit, quod ordinaria pœna. Sed † Grammaticum errare credit Rimin. iunior d. consil. 84. d. num. 13. & seq. quia text. in d. l. qui sententiam, loquitur de capitali sententia, propter quam mors infertur. Item Bald. in d. cap. ad nostram. dicit, quod licet reus semper in negando perseveraret, si tamen crimen per testes probatum esset, condemnari debet, dum tamen sit plenè probatum. Considerat Rimin. iun. 6+ primum, quod † Bald. loquitur de negante etiam in tormentis, cum simpliciter loquatur. Secundò quod intelligit de condemnatione ordinaria delicti, quod patet (inquit ille) ex sequentibus: Nam dicit, alias est opus, quod confiteretur saltem per tormenta perseverando in confessione, sed hoc casu sine dubio pœna ordinaria condemnaretur, ergo & in praecedenti. Et ita † pariter Paris. de Put. intelligi debet, per dict. l. qui sententiam, qua mouetur. vnde coiuit declaratio Gram. in d. decis. 8. vt corruere ex predictis firmat Rimin. iun. in d. loco.

Verum nihil hæc vrgent, quæ considerat Rimin. contra Gram. & Couar. vbi supra, cum nec d. l. qui sententiam, nec Bald. aliquid de tortura criminis expressè dicant, prout considerauit Gram. vt etiam considerat hoc in casu Boer. d. decis. 163. num. 17. & post eum quem refert & sequitur Crav. d. consil. 287. nu. 4. lib. 2. Ergo opinio Pauli de Castro, Alber. Bal. & aliorum supra citatorum sententium, delictum plenè probatum non esse purgatum per torturam, temperanda est, vt procedat respectu pœnae extraordinariae, quæ sic poterit imponi taliter in tortura perseveranti, plene alias conuictio, nō etiam respectu pœnae ordinariae, vt sentit Gram. dict. decis. 8. contra Mars. d. sing. 108. prout multo magis temperanda erit pœna, quando ita perseverans in tortura non esset testibus conuictus, sed vel indubitate, vel vrgentissima indicia extitissent: quamvis enim reus in tortura etiā graui, & sufficienti perseverauerit in negativa, in pœnam tamen extraordinariam condemnari poterit: nullatenus autem in pœnam mortis, & ordinariam, & ita vel in exilium vel tritemes ad tempus, vel in perpetuum, vel alias iuxta delicti & indiciorum qualitatem, & præser-tim si reus esset valde famosus, vt per Boss. in tract. causar. crimin. tit. de inquis. num. 30. & Iul. Clar. d. vers. illata reo. dicens quod ita Senatus Mediolani solet hos reos condemnare. & dicit Boss. in d. nu. 30. quod ipse non recordatur, quod aliquis hoc in casu fuerit ad mortem condemnatus, sed solum in d. pœnam extraordinariam. Et ita, vt refert Gramm. d. decis. 163. fuit per magnam Curiam Vicariæ condemnatus quidam in pœnam tritemum eius vita durante, ita tamen quod quandocunque reperi-

tur liberatus à dictis tritemibus, illico ultimo supplicio plectetur: quamvis etiam ultra tres vices torturam semper negando sustinuerit, cum de pluribus homicidiis, fortis, & aliis delictis penè esset conuictus, & de nonnullis ex eis per vrgentissima etiam indicia, quam sententiam postea confirmauit sacrum Regium consilium, ad quod fuerat appellatum, ipso Gram. (vt ipse dicit d. decis. 8. in fin.) solum dissidente, cui visa fuit sententia hæc nimis dura ea ratione, quia quādo alicui pro aliquo delicto venit pœna mortis naturalis imponenda, & ex aliqua causa pœna ipsa minoraretur, certe talis pœna minorata non poterit esse capitalis, nec corporis affictiva, sed pecunaria, vel alia, dummodo corpus non affligatur, vt latè ibi per eum. & tamen in decis. mox allegat. propterea fuit voti singularis ratione multiplicatorum delictorum, illum per quinque-nium duntaxat ad remigandum esse condemnatum, vt & aliis in casibus hos reos in pœnam tritemum licet ad tempus magna Curia Vicar. vel Sacrum Regium Consil. condemnavit, vt per eundem Gram. decis. 42. & decis. 96. Ex quibus non bene consuluit Rimin. iunior d. consil. 84. cum post num. 17. & num. seq. voluerit, hoc in casu non solum pœna ordinaria hunc reum in tortura perseverantem in negativa esse condemnandum, si plenè testibus esset conuictus, sed etiam si conuictus esset præsumptionibus & conjecturis, quæ simul iunctæ facerent plenam probationem, vt latè per eum ibi. Quod & Couar. asseuerat ex Alexand. Gram. & Mars. quos alleg. cap. 23. pract. quest. versic. prima conclusio. circa fin. sed tamen Rimin. iun. ibi subdit, quod si Curia velet in miorem partem inclinare, poterit hunc reū ad tritemes ad tempus condemnare, prout in conuicto testibus & indicis indubitatis in tormentis negante concludit Gram. in dictis decis. quas alleg. & sequitur Fab. Monteleo. in sua prax. arbitr. par. 4. num. 29. Nec Alexand. Mars. & Gram. alleg. supra per Couar. dicunt, prout eos asseuerare ille dicit, conuictum vrgentibus indicis aut legitimis probationibus posse condemnari ad mortem, & pœnam ordinariam, etiam si in tormentis negauerit; solum enim id asseuerant in conuicto legitimis probationibus: quinimo Alexand. conuictum ex vehementibus indicis, & negantem in tortura esse absoluendum censet.

Et † propterea ad tollendas omnes difficultates præmitti debet dicta protestatio, cum qua de plano procedit dicta conclusio, quod negativa reo non prodit, licet in ea tortura perseveraret, vt de plato procedere dicit idem Rimin. iun. d. consil. 84. num. 15. Prout ita etiā practicatur à Iudicibus & Assessoribus causarum criminalium, qui d. protestationem præmittunt, vt dicit Ant. Gomez. post dict. num. 20. & communem esse obseruantiam dicit Iul. Clar. d. quest. 64. versi. veritas est. ex Cepoll. d. consil. crim. 32. colu. penult. versi. nec potest dici. quem antearetulit Ant. Gomez. vbi supra. & Boss. in tract. caus. crim. tit. de senten. num. 70. & sequitur Simon de Pret. consil. 104. num. 39. & Tiber. Decian. consil. 93. num. 20. volum. 2. Quæ quidē protestatio plena conferuat probationes, & ipsam sententiam, & condemnationem, effectusque ex ea resultantes secundum predictos Doctores in d. locis

67 locis. Et si fatius quidem est. Iudex qui aliquem torqueret super delicto, quod plenè probatum est, nisi tortura inferretur cum protestatione prædicta, quod non intendit eum torquere super probatis, sed ad habendam vteriorem veritatem de complicibus, sociis, & receptatoribus, ut dicit Albert. in d. rubr. C. de questio. quem refert Boer. d. decis. 163. num. 13. & Iul. Clar. in dicta quest. 64. d. vers. veritas est. admonens iudicem, quod apud acta talem protestationem apparere faciat, & fieri quidem solet in ipso decreto torturæ, & sentit etiam Vulpel. cons. 4. num. 8. lib. 1.

68 Erita torquendo bannitum super sociis, receptatoribus, & aliis criminibus (moderate tamē; moderatam enim torturam Iudex debet inferre, reos super sociis torquendo, ut dicit Igne. in dicta l. & si certus, numer. 10. ff. ad Syllan. & sequitur Clar. dicta quest. 64. d. vers. veritas est.) poterit ille fateri etiā delictum, de quo bannitus & condemnatus extitit, prout s̄epe contingit, & ita securius ad executionem procedere Iudex poterit per hanc subsequuntam confessionem, sublatis circa recognitionem factam per solam confessionem banniti difficultibus, de quibus per Angel. in d. l. hac consultissima, dict. l. inter stipulantem. §. 1. & d. l. 2. de liber. & posthum. & Angel. Aret. in d. verb. Caium Sempronij, absque eo quod usus fuerit d. practica & consilio Ang. & Ang. Aret. in dictis locis, plena, vt diximus, per iculo. Quāuis si Iudex eo sub colore bannitum torqueret, quod ab eo velit habere vteriōrem veritatem super sociis, & complicibus, vel super aliis criminibus, ut ab eo confessionem extorqueat delicti, malitiosus dici posset, ut malitiosostales Iudices, qui hac cautela vtuntur, dicit Paris de Puteo in tractatu de syndic. in verb. tortus, cap. 1. post num. 9. & in eruditos causarum criminalium Iudices & caſſellores appellat Io. Igne. in l. & si certus, nume. 10 ff. ad Syllan. qui hanc praxin totam pene Italiam obſeruare dicit, prout eos refert Iul. Clar. dicta quest. 64. vers. sias etiam, qui subdit, quod hanc tamē practicam laudat Bald. in l. 1. & 2. C. de iuram. calum. quem sequuntur omnes criminalistæ, ut dicit Foller in pract. crimin. canon. in verb. tormentis mox subyiciantur, num. 5. & propterea laudandus non erat Commissarius, quem laudat Lau. ab Occa. d. consil. 60. num. 2. quod ple optime fecerit torquendo bannitum & condemnatum directe super crimine, ut confessio de ipso delicto ab eo erueretur, non seruando practicam prædicta Bart. & aliorum.

70 Animaduertendum † tamen est, ne postea in tortum reum interroges super delicto principali: diceretur enim per interrogationem huiusmodi protestationi prædictæ contrariam ab ipsa protestatione recessum: cum enim Iudex protestetur, quod non intendit reum torquere super delicto principali, de quo condemnatus & conuictus est reus, sed super sociis & complicibus, & postea in ipso actu torturæ nihilominus eum interrogaret, præsumitur mutasse voluntatem, & protestationi renunciisse; quia per contrarium factum protestans à protestatione recedit, ut tradunt communiter Doctores in l. non solum. §. morte. ff. de noui operis nunciat. & in cap. cum M. Ferrariensis, de constit. Albertin.

de agnosc. assertio. cathol. quæst. 12. num. 9. quem sequitur Simanc. Cathol. instit. titul. 55. numero 7. Cephal. consilio 222. numer. 14. volum. 2. Franc. Pegn. schol. 24. ad Direct. inquit, part. 2. colum. 4. versi. haec tenus explicui. dicens ad hoc esse gloss. sing. in cap. tua nos. de sponsal. quam ante in casu suo sing. dixerat Bero. cons. 93. num. 53. volum. 1. Et † tollitur præsumptio sententiae, & ceteris sit præiudicium, ut in specie tradit Boff. in tractat. causar. crim. tit. de confess. num. 28. & Io. Petr. Anch. quest. famil. lib. 3. quæst. 72. num. 3. & antea Gram. de if. 96. post numer. 1. Vulpel. post Cephal. & Ferrar. quos alleg. cons. 4. num. 14. lib. 1. Bertazol. cons. 119. num. 26. lib. 1. post Cepo. quem alleg. & consil. 32. num. 19. Et dicit ibi Bertazol. ex Boff. qui ita sentit, in tractatu causar. crim. titu. banniti quid amittant. numer. 18. hoc præsertim † procedere, 73 quod scilicet tortura tollat hoc in casu præsumptionem sententiae, quādo indicia sunt debilia, vel quando essemus in casibus, in quibus de sociis interrogari non posset, de quibus per gloss. & Doctores in l. fin. de accusation. vel nulla extaret præsumptio, vel suspicio, quod illi socii, & participes interfuerint; nulla † enim hoc in casu interrogatio facienda erat de sociis. Salyc. in dicta l. fin. de accus. at colu. 2. & 3. Bald. in tract. de quest. & torment. cap. 2. num. 4. Boff. qui plures recenset. Et † idem tenet etiam in casibus exceptis, 75 in quibus etiam reus de locis interrogari non debet, nisi al qua de illis præcedat præsumptio, quod fuit notabile verbum dict. gloss. in dicta l. final. de accusation. & sentit Vulpel. dicto consil. 4. num. 12.

Prout † etiam animaduertendum est, ne interrogaciones, quæ reis sūt in tortura super complicibus & sociis, dicuntur Notario & tuario & scribæ, sub illis verbis videlicet: Et ad opportunam Domini interrogationem respondit. &c. ut ita interrogaciones sine illarum extensione extra torturam interdum à Iudice dictantur. V. us enim iste ita dictandi, quando reus in tortura de complicibus interrogatur, præmissa dicta protestatione, est plena periculi. Si enim reus responderit super ipso delicto principali, de quo est condemnatus, & talis responsio à Iudice Notario dicitur, & à Notario scribatur, ut exiit de ore rei, prout ita fideliter dictari, & scribi debet, & in actis ita simpliciter scriptum appareat videlicet: Et ad opportunam Domini interrogationem respondit Io. non l'ho fatto questo homicidio, non l'ho fatto &c. & quia in negatiua ita persistenter dubitaretur, an à protestatione prædicta recessum fuisse, erit utique respondendum dubio procul recessum esse: cum enim Iudici standum † non sit, quid in interrogacione comprehenderit. capit. quoniam contra. de probation. cum aliis, de quibus supra numero 50. & per Maſchard. de probat. volum. 2. conclus. 949. Iudicis. dicendum est de delicto ipso reum fuisse interrogatum, prout de illo responsio subsequuta est. Quando † enim ignoramus, quid in interrogacione dictum fuerit, ex response explica & clara id vtiq; declaratur. Rimini. senior consil. 702. num. 12. lib. 4. Nam † responsio dicitur esse conformis interrogacioni, & talis sequuta dicitur, qualis interrogatio præcessit, § præterea. Instit. de inutil. stipulat. cum aliis, ut per Nattam consil. 98. numero 22. lib. 1. Grat. consil. 81. numero 45. lib. 2. Riminald. senior consil. 11. numero 14. lib. primo.

- 80 Simon de Prat. cons. 152. num. 24. lib. 1. Et tunc omnibus quidem qualitatibus in interrogatione contentis. Rimini. junior cons. 382. num. 94. libr. 4. & Cephal. cons. 374. num. 9. lib. 3. qui alios allegant. Et ideo cu[m] responso super delicto sequuta sit, & super delicto interrogationem præcessisse clare colligitur. Et quidem t[em]p[or]e vsus iste ita dictandi interrogationes, quæ in tortura fiunt, nō est, nisi imperitorū simulq[ue] etiā malitio orum & improborum iudicium, qui parū timentes Deum, cum reum vere super delicto ipso contra præmissum ab eis protestationem interro-gauerint, ne ab illa recessisse videatur, eo, quo diximus, modo dictat[ur] interrogationes, vt viderim, quandoque totum ita in tortura constitutum hoc repertum dictandi Stylo. Sed ædificant ad gehennam, dum summæ eorum imperitiæ summā quoque malitiam adiungunt, & tamen tantum obest, quod hæc eorum malitia reis noceat, quod maxime prodest, si in negatiua perstiterint, in Reipubl. tamen perniciem, dum illi ita pœnas evadūt, quas alias luisserent, licet in tortura super complicibus solum illata in negatiua perstiterint, iuxta ea quæ supra dicta sunt num. 40. & aliis seqq. Ab his ergo cauendum est.
- 82 Ut t[em]p[or]e etiam cauendum est à suggestionibus, quas idem imperitisimulque improbi iudices sepe faciunt reis in tortura, præsertim, easq[ue] eo, quo diximus, dictandi modo tegere nituntur. Sunt enim t[em]p[or]e etiā præsertim in totum generaliter interrogandi de complicib[us] & sociis, si quos habuerunt, nemine in specie nominando, alias interrogando de certa persona, effet suggerere & iastituere reos ipsos, vt tales pro complicibus nominaret ad evitandam tortura, vt ad non et tex. in l. 1. §. qui questionē. ff. de quest. Et in specie de interrogatione facienda de sociis, admonet Boff. in tract. caus. crim. tit. de indic. & considerat. ante tortur. n. 148. Brun. de indic. & tortur. q. 1. 3. part. num. 23. Blanc. de indic. num. 282. Simanc. Cathol. instit. tit. 65. num. 59. qui alios alleg. Iul. Clar. lib. 5. sent. 5. fin. quest. 21. vers. retenta igitur. circa finem. Ut etiam suggestio euitanda est, si de aliis criminibus ita in tortura interrogarentur: non enim in specie de certis criminibus, de quibus non constat, interrogandi sunt, sed in genere de aliis c. iminibus, si que alia commissi sunt ad euitandam suggestionem, que nullo t[em]p[or]e in casu permisla est, sed in vniuersum prohibita, vt dicto §. qui questionem. & tradunt iudices admonentes præcat. Doctores, in dictis locis. & alijs etiam quos refert & sequitur Bertazol. cons. 58. in fine. Et alibi diffuse diximus, & pluries de his admonuimus iudices fabricatoresq[ue] processus.
- 84 Ut autem Tyrones prædicta exequi facilius instruantur, exemplum & formam constituendi bannitum, tum de plano, tum ad torturæ locum subiicio, & est huiusmodi.

Die 15. Maii. ann. 1584.

Constitutus personaliter t[em]p[or]e coram Magnific. & excellent. D. N. Illustris & R. D. N. Gubernatori Perusiae, & Provinciæ Vnib[us] & in criminalibus Locum tenente generali, meque Notario, &c. Quidam inueniens iuste staturæ, cum barba nigra, & nigri coloris in facie, iuditus caligis rubeis, &c. habens tale signum in facie, & in tali parte corpo-

ris, &c. Qui delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit manu tactis, &c. ad opportunas D. interrogations dixit & respondit, prout infra, videlicet.

Etsi bannitus esset Theutonicus, vel alterius regionis, vt linguam & sermones nostros Italos, vel Latinos non intelligeret, adhibitis interpretibus, vt adhibendos esse supra admonuimus, debes ibi, ad opportunas D. interrogations, &c. addere, sibi per D. vulgarizatas, & declaratas, & per tales interpretes deputatos præsentes, & assistentes ipsi constituto interpretatas, dixit & respôdit in sermone vt Theutonico, & per D. interpretes ipsi D. & mihi Notario declarato, prout infra, videlicet.

Et primo interrogatus de eius nomine, cognomine, pronomine, patre, patria, & exercitio. Respondit.

Interrogatus an in ciuitate Perusia, vnde dicere se esse oriundum, eiusdem nominis, cognominis, & pronominis aliquem cognoscet, & cognoverit, & aliquis alius eiusdem nominis, cognominis & pronominis ipsius Constituti sit, & reperiatur in d. Ciuitate. Respondit.

Et recepta responsione, quod in dicta Ciuitate nemo reperitur eiusdem nominis, & cognominis, cuius est ipse Constitutus, in hunc modum mandari solet Notario actuatio, vt sibi legat sententiam condemnatoriam contra illum latam, & successiue ut infra interrogari.

Tunc Dominus ad omnem bonum finem, & effectum mandauit dicto Constituto per me Notarium, &c. exhiberi, & legi vulgari sermone sententiam condemnatoriam contra ipsum latam per Magnificum & Excellentem D. N. Locumtenentem sub die 8. Maij. 1582. sub rogatu sequitur N. Notarij curialis, seu Cancellarij, prout in libro condemnationum fol. &c. Qua sibilecta & vulgarizata per me Notarium, &c. ad claram ipsius Constitut. intelligentiam, eaque bene per ipsum, vt afferuit, audita, & intellecta, fuit idem constitutus per Dominum

Interrogatus an ipse Constitutus sit illemet Sempronius Martini de Perusia, de quo in dicta sententia, & qui prout in dicta sententia reperitur condemnatus in pœnam capit[us] & confiscationis bonorum. Respondit.

Et recepta responsione, quod ipse est de quo in dicta sententia, licet delictum, prout plurimum ita responderi solet, de quo in dicta sententia, non commiserit, in hunc modum pronunciari solet.

Tunc Dominus huiusmodi recognitionem ipsius Constituti acceptauit, & propterea prouinciauit recognitionem huiusmodi facta fuisse, fore & esse legitimam, & ideo sententiam condemnatoriam prædictam contra ipsum Constitutum latam iuxta formam motuum proprietarum Summ. Pont. & statutorum desuper editorum, & factorum suis loco & tempore, fore & esse exequendam. Et prosequendo examen propteriori veritate habenda de complicibus, sociis & receptatoribus, & aliis delictis protestatio præmititur in hunc modum.

Et præmissa t[em]p[or]e expressa protestatione per Do-minum, quod per quascunque infrascriptas interrogata-

rogationes & ipsius Constituti responsiones , ac per quæcunq, alia infra scripta pro vltiori veritate solum, & duntaxat quoad complices & alios delictorū consocios, & ipsius C. receptatores, & alia crima per ipsum cōmista facienda , & exequēda, nullo modo d. sententiae condemnatoriae vt supra contra ipsum Constitutum latæ, & rei iudicatae, & notorietati criminis ex d. Motibus propriis seu aliter inductis præiudicare , & præiudicium aliquod quois modo, ac quomodo cunq; & qualiter cunq; facere intēdit, sed semper pro illo um executione permanere, fuit idem Constitutus per D. Interrogatus † vbi, quando, à quibus, & ob quam causam captus fuit. Respondit.

Interrogatus, quanto tempore fuerit absens ab eius domo, & vbi fuerit. Respondit.

Interrogatus quo tempore, & ob quam causam se absentauerit. Respondit.

Interrogatus, an solus, vel associatus, & à quo, seu quibus eo tempore se absentauerit. Respond.

Interrogatus ob quam causam simul cum ipso se absentauerint etiam dicti eius socii. Respondit.

Interrogatus an armati, & quo armorum gener, vel inermes ipse Constitutus, & d. eius socii se absentauerint. Respondit.

Interrogatus quomodo & qualiter dicta arma, tā ipse cōstitutus quam socii habuerint, & vnde illa sumperint, quando se absentauerunt. Respondit.

Interrogatus, ex quo loco, & loco loci, quaue hora tam ipse Constitutus, quā dicti eius socii particulariter discesserint, quando eo tempore se absentauerunt. Respondit.

Interrogatus, quomodo & qualiter ita insimul se congregauerint dicto tempore, quo ita discesserūt & se absentauerunt, & ob quam causam. Respond.

Interrogatus quid insimul agere haberet, quod ita insimul se congregauerint, & simul discesserint, & simul etiam deinde fuerint. Respondit.

Interrogatus, quo iuerint tam ipse Constitutus quam dicti eius socii, statim ac primum quod ex d. loco, & loco loci discesserunt & se absentauerunt. Respondit.

Interrogatus quid deinde fecerint tam ipse Cōstitutus quam d. eius socii vsque ad tempus eius captræ. Respondit.

Interrogatus si fuerit citatus causa d. homicidii, de quo in d. sententia sibi lecta, & quare non comparuerit ad se excusandum. Respondit.

Interrogatus ut dicat p vltiori veritate, quos complices, consocios, & fautores habuerit, tā ante homicidium, quam etiam in factō, & post factum. Respondit.

Interrogatus quos fautores & receptatores habuit postquam est condemnatus ex causa d. homicidii. Respondit.

Potest etiam, & solet bannitus captus post dictum primum interrogatorium, recepta responsione in quo loco captus fuit, hoc alio ordine interrogari.

Interrogatus ex quo loco peruenit ipse Constitutus ad d. locum, in quo captus fuit, & an solus vel associatus, & ad quid agēdum, & ob quam causam, & quid ibi eo tempore ipse & socii agerent, & age-re haberent. Respondit.

Et ita deinceps solet, & potest interrogari, ex quo etiam loco ad hunc alium locum peruenit, ad quid agendum, & ob quam causam, & an similiter solus vel associatus, & quid egerint, tam ipse quam socii, vsque quo ipsum bannitum Constitutum ita eum interrogando reduxeris hoc ordine retrogra-do ad eius patriam, & domum, & locum loci commissi delicti, ex quo primum discessi, quādo se absentauit. Sic enim facilius bannitus constitutus ad locum commissi delicti reducitur, & ad illud quandoque, vt experientia docuit, conficiendū, etiam quod directe de eo modo non interrogetur, prout directe interrogari non debet. Et tunc subiici possunt prædicta interrogatoria, videlicet, ob quā causam se absentauit, & alia sequētia, & licet plura contineantur, vt supra in aliquo ex prædictis interrogatoriis, potes tamen singulatiter etiam de singulis ipsum bannitū interrogare.

Et deinceps & aliter interrogandus est, vt natura causæ expostularerit, & banniti responsiones & confessiones ac negationes fuerint, quod & ita generaliter admonet Follet. in pract. crim. in d. verb. capti foriudicatis recognoscantur. post nu. 1. vbi & illud ponit interrogatorium, si fuerit inquisitus de homicidio commisso in personam N. quod lecta ipse Constituto sententia condemnatoria, vt supra, superfluum est, cum ex lectura d. sententiae iam ipse sciat fuisse inquietatum, inquisitum & condemnatum pro d. homicidio. Et illud in vniuersum tradi potest (licet † huius rei sine dubio nec disciplina villa in scholis, nec exercitatio tradatur, & naturali magis acumine aut vsu contingit hæc virtus, vt admonet alias Quintil. in suis orat. inflit. tametsi & arte naturali hoc acumen iuuari, & facile etiā id doceri possit, quod aliquando Deo fauente demonstrabitur.) quod altius repetita percunctione tum à causa & loco capturæ, tum à tempore, causa, & origine eius absentia, tum à locis, ex quibus discessit, & in quibus versatus fuit, & personis, quarum habuit conuersationem & familiaritatē, eo priora sequentibus applicando constitutum ipsum Iudex perducat, vt quos, iuxta superius admonita, complices, consociosque & fautores habuerit, extorqueat, quos si detegere adhuc constater noluerit, dicēs etiam ex se ipso nec commisisse delictum, ad torturæ remedium in hunc modum deueniendum est. Nam † post d. interrogations, & alias tū illatum, tum responsionum banniti occasione factas in hunc modum mouetur, videlicet.

Interrogatus & monitis, vt se disponat ad dicēdam prædictam vltiorem veritatem quoad prædictos complices, consocios & fautores, ac ipsius Constituti receptatores, ne alioquin opus sit contra ipsum deueniri ad iuris & facti remedia opportuna, & rigorosum examen. Respondit.

Et eo persistente in negotiis fit decretū torturæ hunc in modum. Tunc Dominus citra præiudicium eorum, quæ confessus fuit, (si aliquid confessus fuerit) & p̄iædictæ sententiæ condemnatoria, rei iudicatae, notorietatis criminis etiā à d. motib. propriis, vel aliter inductæ, probatorum, & recognitionis personæ ipsius banniti, de qua supra, quib. expresse protestatur, quod per infrascripta & sequentem torturam

torturem & sequentes interrogations, &c d. rei responsiones, & dicta pro prædicta vltiori veritate quoad complices, consocios, fautores prædictos, ac eius receptatores solum, & dñtaxat inferendam nullatenus præjudicare intedit, mandauit pro prædicta vltiori veritate habenda, cum aliter haberi non possit, stante grauitate causæ, d. condemnatione, & qualitate ipsius, ac militantibus contra ipsum indiciis, præsumptionibus, & adminiculis causæ respicientib. ipsum Constitutum adduci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & ad funem præsentari.

Qui sic adductus, spollatus, ligatus, & ad funem præsentatus, fuit plures benignè monitus per Dominum de prædicta vltiori veritate dicenda quo ad complices, consocios, fautores, & receptatores prædictos, nec patiatur in funem eleuari, prout eleuabitur, si in eius pertinacia persistet. Respon-

Tunc Dominus, repetita protestatione prædicta, cum constanter nollet prædictam vltiorem veritatē fateri, mandauit ipsum in funem eleuari. Qui sic eleuatus cōspit dicere, o Iesu Christe, &c.

Interrogatus & monitus, vt tandem recedat ab eius pertinacia, & se disponat ad dicendā prædictā vltiorē veritatem, quoad complices, consocios, fautores & receptatores prædictos. Respondit.

Et cum allud ab ipso Constituto haberi non posset, Dominus mandauit ipsum Constitutum leuiter deponi, dissolui, & reponi ad locum suum animo, &c. cum steriles in tortura per spatiū mediæ horæ. Et si non est amplius torquendus: moderata enim debet esse tortura, vt diximus, ad hambendam veritatem de complicibus, ponendus est ad largam.

C A P V T III.

Quæ sint partes iudicis completo processu contra bannitum captum pro executione sententiæ.

S V M M A R I A.

- 1 Terminus ad faciendum defensiones, sive ad dicendum causam, quare executio fieri non debeat, an assignari posse & debeat bannito capto. & num. 6.
Et quid in statu Ecclesiastico. num. 26. 27.
- 2 Bannitus si ante bannum fuit citatus ad se defendendū, & non comparuit, & est bannitus, non est ei terminus assignandus ad se defendendum.
- 3 Statutum si diceret, quod statim quod est presentata condemnatio, de facto exequi debeat, an citatio ante executionem requiratur.
- 4 Statuto stante, quod Proconsul Notariorum statim quod sibi presentatur condemnatio facta de falsitate alicuius Notarii, debeat ipsum de facto abradere de matricula, debet Notarius citari antequam abradatur.
- 5 Quod fallit, si antea esset assignatus terminus cum combinatione quod ponetur in banno.
- 6 Sententia contra bannitum lata in contumaciam retractari non potest per Iudicem Principe inconsulto, licet sibi de illius innocentia constaret.
- 7 Frustra quis admittitur ad probandum, quod probatum non relenerat.

- 8 Clausula decreti irritantiū vis est effectus, quia quicquid contra illud sit pro infecto habetur.
- 9 Item est ipso iure nullum.
- 10 Clausula decreti irritantiis ligat sive iuste, sive iniuste emanauerit.
- 11 Foller. & aliorum opinio, quod bannito capto dandus sit terminus ad dicendum causam, quare executio sententie fieri non debeat. & numer. 13. 14.
- 12 Bannitus captus potest excipere de nullitate sententia, sed per seipsum, non per procuratorem.
- 13 Statutum seruandum est.
- 14 Sententia capitaliū ferri non debet in absentem.
- 15 Defensio deneganda non est, sed quandocumque petente concedenda.
- 16 Imo augmentanda est.
- 17 Confessus vere crimen an possit renucaro confessionem, & probare contrarium.
- 18 Statutum iniquum est, & contrarium naturale, quod denegat defensionem.
- 19 Consuetudo mala consuetudo non est.
- 20 Index minister esse non debet iniquitatis.
- Index sententiam propriam inique latam exequi non debet. ibid.
- 22 Index tanto curare debet sententiam latam contra innocentem, quanto apud Deum, & eius Ecclesiam neminem grauare potest iniqua sententia.
- 23 Bannitus captus an sit audiendus in suis defensionibus per ipsum iudicem de iure communi, & quid secundum statuta locorum. num. 26.
- 24 Contumacia non habetur pro legitima probatione.
- 25 Statutum habens contumacem pro confesso & conuicto, non dicitur excludere exceptionem innocentia.
- 26 Innocentia ostendit potest per bannitum, licet habitum pro confesso & conuicto.
- 27 Bannitus post sententiam an audiri possit per officium iudicis.
- 28 Bannitus an possit probare suam innocentiam ante sententiam, sed ramen post publicationem testiū & conclusionem in causa remisitue. Et an post renunciationem factam defensionibus, & termino probatorio. remisitue. ibid.
- 29 Et an ante sententiam probare possit innocentiam quolibet modo, & via legitima & ordinaria.
- 30 Bannitus an post sententiam possit quolibet modo probare innocentiam, vel solum per evidentiam facti.
- 31 Jacob. de Aret. rationes refelluntur circa statutum de executione facienda contra bannitum non auditū in suis defensionibus.
- 32 Defensio in multis de iure communi denegatur.
- 33 Statutum valet, quod non tollit defensiones, sed limitat tempus ad se defendendum.
- 34 Probatio omnis excludit potest post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.
- 35 Termini assignatio illusoria esse non debet.
- 36 Defensio ob contumaciam tolli potest.
- 37 Confessio facta an plus possit, & quando, quam vera confessio.
- Confessio vera revocari potest, non autem facta. ibid.
- 38 Confessio facta ex contumacia non potest probare consuarium, si statutum tollit etiam defensionem.
- 39 Statutum tollens defensionem post certum tempus an iustum sit, & valeat.
- 40 Motus